

nam intimationem, dicti Breuis, vellent au-  
 ferre populos aliquos Indorum a Fratribus,  
 qui tempore datę Breuis erant eis assignati,  
 nihilominus Fratres poterunt ibidem offi-  
 cium Parochi exercere, & matrimonia cele-  
 brare: quia auctoritate Pape faciunt, q̄ man-  
 dat Episcopis in hoc Breui, ne vbi Fratres  
 incumbunt confessioni seu conuersioni In-  
 dorum, aliquid innouent, & priuilegium su-  
 perioris non potest diminui per inferiorę,  
 secundum Panormitanum. in c. Nisi specia-  
 lis, de Offic, deleg. Et sic non possunt Epis-  
 copi aliquid innouare in populis assignatis  
 dictis Religiosis tempore datę Breuis, vel  
 qui postea assignabuntur, & si illos eis au-  
 ferrent, nihil facerent, & Fratres possent ibi  
 officium Parochi exercere, contra Episcopo-  
 rum voluntatem: quia sic concedit Breue,  
 dum dicit ordinariorū voluntate, minime  
 requisita. Immo si Episcopus tolleret Religi-  
 osis populos Indorum ipsis assignatos tē-  
 pore datę huius Breuis, nihil faceret, dato  
 ignoraret, vel ei non intimatum fuisset Bre-  
 ue hoc: quia ligat à tempore datę, vt tenet  
 Panormitanus in. cap. Cognoscētes, de cōst,  
 in margi, litera. C. Et constat in Praxi, nam